Documentos oficiales de la Orden de San Agustín en España

CAPITULUM PROVINCIALE PROVINCIAE AUGUSTINIANAE SSMI. NOMINIS JESU IN HISPANIA IN COLLEGIO MATRITENSI MATRIS BONI CONSILII CELEBRATUM, ANNO DOMINI 1954

In Nomine D. N. Jesu Chisti benedicti. Amen.

Anno Nativitatis ejusdem millesimo nongentesimo quinquagesimo quarto, die decima septima et sequentibus mensis julii celebrata sunt comitia provincialia Fratrum Eremitarum S. P. Augustini hujus Provinciae Ssmi. Nominis Jesu in Hispania in Collegio matritensi Matris Boni Consilii, prout ab Adm. R. P. Priore Provinciali, Fr. Felice Garcia Vielba, litteris datis die 8 aprilis, ejusdem anni, indicta fuerant.

Itaque cum die decima quinta ad praedictum Collegium convenerint Patres Vocales, eadem die post Missam signo campanulae ter dato, ad locum Capituli se congregaverunt. Tunc P. Provincialis, praemissis praemittendis, mandavit ut si quis a Rvmo. P. Generali litteras haberet ad istud Capitulum directas, easdem

statim proferret. Mox Adm. R. P. Lector Assistens Generalis, Fr. Raphael Pérez González, litteras Rvmi. P. Prioris Generalis praesentavit, per quas dicti Capituli Praesidens constituebatur idem Adm. R. P. Assistens Generalis, qui, nullo renuente, ab omnibus reverenter pro Praesidente fuit recognitus.

Deinde per secreta suffragia electi fuerunt tres Judices Causarum et Examinatores Litterarum, qui sunt R. P. Lector Augustinus García Fernández, R. P. Hilarión García García et R. P. Fidelis Otero Díez.

Die sequenti, celebratis officio et Missa Defunctorum, R. P. Aemilianus López Bravo recitavit elogium Fratrum ab ultimo Capitulo defunctorum. Quo finito, Adm. R. P. Praeses illorum animas ac omnium nostrorum benefactorum Deo commendavit precibus ritualibus.

Eadem die de sero Adm. R. P. Praeses Consilium Capituli coadunavit ad solvenda aliqua dubia a Judicibus Causarum proposita. Nempe:

1.° Utrum electio Discreti Circunscriptionis de Brotas et Granada esset valida ex eo quod unum suffragium dubium non fuit in urna missum. Consilium respondit negative quindecim calculis et affirmative duobus. Scrutinium revera non fuit completum.

2.° Utrum admittendi essent ad suffragium ferendum Priores de Brotas et Granada ex defectu subsignationis religiosorum Domorum Filialium in litteris testimonialibus de adimpletione onerum et educatione famulorum, et Consilium respondit affirmative plenis suffragiis.

Ultimo Adm. R. P. Praeses declaravit electionem Discreti Circunscriptionis de Rosario, Alvarez et Montevideo nullam fuisse ob admissionem unius electoris collegio extranei.

Sequenti die sabbato Missa de Spiritu Sancto celebrata, aliisque expletis in Nostris Constitutionibus

praescriptis, coram omnibus in loco Capituli consedentibus, R. P. Provincialis officium suum in manus Praesidentis humiliter resignavit. Qua resignatione acceptata, per R. P. Augustinum García Fernández Judicem Causarum et Examinatorem litterarum, recitata fuerunt nomina eorum qui vocem activam habere debebant, hoc ordine:

Adm. R. P. Lector et Assistens Generalis Raphael Pérez González, Praeses Capituli.

Adm. R. P. Lector Félix García Vielba, Prior Provincialis emeritus.

RR. PP. Definitores, nempe:

R. P. Angelus Villarruel Merino, Primus Definitor.

R. P. Franciscus Valcarce García, Secundus Definitor.

R. P. Augustinus Fernández Romero, Tertius Definitor.

R. P. Emmanuel García Rodríguez, Quartus Definitor.

RR. PP. Commissarii Provinciales, nempe:

R. P. Domitianus Bardón Cebrián, Commis. Viceprovinc. Brasiliensis.

R. P. Augustinus García Fernández, Commis. Viceprovinc. Argentin.

RR. PP. Priores Conventuum, videlicet:

R. P. Aemilianus López Bravo, Prior Domus de La Vid.

R. P. Laurentius Macho Liébana, Prior Domus de Sao Paulo.

R. P. Julius Llamas Furones, Prior Domus de Buenos Aires.

R. P. Teodorus Estalayo Pérez, Prior Domus matricis de Brotas.

R. P. Beniamin Mallo Beltrán, Prior Domus de Madrid.

R. P. Joannes Baptista Soto Alvarez, Prior Domus de Ceuta.

R. P. Salvator Gutiérrez Alonso, Prior Domus de Cádiz.

R. P. Hilarión García García, Prior Domus de Santander.

R. P. Turibius de Castro Sampedro, Prior Collegii de Madrid.

R. P. Joannes Vallujera Hontoria, Prior Domus de Rosario.

R. P. Emmanuel García Salagre, Prior Domus matricis de Granada.

R. P. Michael Revilla Valbuena, Prior Domus de Schmidt.

R. P. Lect. Theodosius Tijero Vázquez, Prior Domus de Puerto de Santa María.

R. P. Vitus Fernández Pérez, Prior Domus de Palencia.

R. P. Lect. Ildephonsus Ramos Bartolomé, Secretarius Provinciae.

RR. PP. Discreti Conventuales, scilicet:

R. P. Salustianus Miguélez Romero, Discretus Domus de La Vid.

R. P. Aloisius Rodríguez Fernández, Discretus Domus de Sao Paulo.

R. P. Alexander Rodríguez Fernández, Discretus Domus de Bs. Aires.

R. P. Josephus López Martín, Discretus Domus de Madrid.

R. P. Aurelianus Pachón Otero, Discretus Domus de Ceuta.

R. P. Joannes Domínguez González, Discretus Domus Santander.

R. P. Ambrosius J. Cilleruelo Vallejo, Discret. Colleg, de Madrid.

R. P. Marianus de la Mata Aparicio, Discretus Domus de Schmidt.

R. P. Aemilianus del Cueto Pérez, Discretus Domus de Puerto de Santa María.

R. P. Joseph Ramírez Simón, Discretus Domus de Palencia.

RR. PP. Discreti non conventuales, nempe:

R. P. Fidelis Otero Díez, Discretus Circunscriptionis Hispaniae.

R. P. Aloisius Galende Andrés, Discretus Circunscriptionis Chivilcoy Mendoza.

Vocales ergo erant triginta quinque, sed quia Adm. R. P. Praeses juri suffragandi in electione Adm. R. P. Provincialis et alorum Officiorum renuntiavit, partem habentes in electione fuerunt tantum triginta et quatuor. Post orationem de eligendo Provinciali dictam a R. P. Angelo Villarruel Merino, dimissis vocem non habentibus electoribus jure jurando emisso de eligendis in Provincialem et in Definitores quos secundum Deum eligendos esse existimaverint, designati sunt tres scrutatores vocum per suffagia secreta: id est R. P. Domitianus Bardón Cebrián, R. P. Aemilianus del Cueto Péréz et R. P. Aurelianus Panchón Otero, et juramento fidelitatis ac de secreto servando ab ipsis praestito, ad novi Provincialis electionem processum est.

Facto ac publicato unico scrutinio, compertum est

Adm. R. P. Ildephonsum Ramos Bartolomé habuisse suffragia viginti quinque, Adm. R. P. Turibium de Castro Sampedro septem, duae schedae albae repertae sunt, ac proinde majoritatem suffragiorum absolutam retulisse Adm. R. P. Lect. Ildephonsum Ramos Bartolomé. Postea primus scrutatorum nomine Praesidis, suo et omnium electorum denuntiavit et publicavit dictum Adm. R. P. Lect. Ildephonsum Ramos Bartolomé, fuisse canonice electum in Priorem Provincialem Provinciae Ssmi. Nominis Jesu in Hispania Ordinis E. S. Augustini, atque emissis ab electo profesione fidei et juramento contra Modernismum, in Officio a P. Praesidente confirmatus fuit. Deinde deductus fuit in oratorium, ibique praemissis ritibus praescriptis, omnes religiosi in signum obedientiae eidem manum deosculaverunt.

De hac electione separatum publicum Instrumentum redactum est ab actuario Capituli, Praeside et scrutatoribus subsignatum, in Archivo Provinciae asservandum.

Eodem die post matutinum ad sonum campanulae ter pulsatae, ut moris est, iterum omnes Patres electores in Capitulo convenerunt, ut Definitores eligerent, et servatis servandis, electus fuit in primum Definitorem R. P. Vitus Fernández Pérez suffragiis viginti duo, in secundum Definitorem R. P. Aemilianus del Cueto Pérez suffragiis decem et novem, in tertium Definitorem R. P. Coelestinus García Riego suffragiis viginti duo, in quartum Definitorem R. P. Samuel Díez García suffragiis viginti sex. Definitorum vero in defectu: primus est R. P. Desiderius García García qui viginti et tria habuit suffragia, secundus R. P. Casianus García Rodríguez qui habuit suffragia viginti quinque. In Secretarium Provinciae fuit electus R. P. Angelus Villarruel Merino.

Praeterea, diebus sequentibus, ad praescriptum NN. SS. Constitutionum, et servatis servandis, congregati

fuerunt definitorialiter praedicti Adm. RR. PP. Raphael Pérez González, Praesidens, Fr. Ildephonsus Ramos Bartolomé, Provincialis electus, Fr. Felix García Vielba, Provincialis absolutus, et Definitores, Fr. Aemilianus del Cueto Pérez, Fr. Coelestinus García Riego et Fr. Samuel Díez García qui auctoritate eis a Constitutionibus concessa, ea quae sequuntur, statuerunt ac publice notificare mandarunt.

PRIMO: DETERMINATIONES:

I.—Vota Rvmí. P. Prioris Generalis grato animo excipientes in Republica Lusitana Ordinem Nostrum quam citius, Deo opitulante, instaurare pro viribus conabimur.

II.—In executionem prescripti n. 844 N. S. Constitutionum pro provisione Prioris Generalis ejusque Venerabilis Curiae, singuli sacerdotes, unoquoque mense, unam Missam ad intentionem ejusdem Rvmi. Patris celebrabunt.

III.—Propositum, in hoc ultimo triennio conceptum, aperiendi Matriti, in via Limite dicta, aliud Collegium educationi puerorum ac juvenum destinatum, et probamus et laudamus atque Adm. R. P. Provinciali cum Definitorio commitimus ut neccessaria pro ejusdem aedificatione et erectione consequi satagat.

IV.—Duas Domos seu Familias Religiosas extantes in Brasilia, unam a Religiosis in Paroeciis de Brotas et Dois Corregos laborantibus, sub unico Superiore locali Domus de Brotas, efformatam; aliam a sacerdotibus ministerio sacro addictis in Paroeciis de Nova Granada et Palestina, sub unico Superiore locali Domus de Nova Granada constitutam, quae in Congregatione Intermedia anni 1940 regimen juridicum acceperunt, approbamus et confirmamus, exoptantes ac praecipientes ut supra dicti Superiores ac subditi ita cum aliis Religiosis

suae Domus uniantur, agant ac vivant ut non solum juridice sed etiam practice una Domus seu Familia religiosa et vere in se sit et taliter omnibus appareat.

V.—Item omnes Religiosi in Paroeciis de Alvarez et Rosario in Argentina commorantes unicam familiam religiosam sub uno Superiore locali Domus de Rosario constituent.

VI.—Acta Sacrae Visitationis ab Adm. R. P. Provinciali emerito paractae recognita fuerunt et approbata.

VII.— Approbatae fuerunt rationes dati et accepti Oeconomi Provincialis et Domorum Hispaniae atque Viceprovinciarum Brasiliensis et Argentinensis.

VIII.—Capitulum Provinviale proxime futurum statuto tempore a NN. SS. Csnstitutionibus erit convocandum et in Collegio B. V. M. de Bono Consilio, Matriti, celebrandum.

SECUNDO: DISPOSITIONES FAMILIARUM

Provisio Conventus Sanctae Mariae de Vite

Electi fuerunt:

In Priorem, R. P. Lector Salustianus Miguélez; in Subpriorem R. P. Eduardus Moreno; in Procuratorem R. P. Herminius Rodríguez; in Parochum R. P. Julianus Negrete; in Consiliarios RR. PP. Aemilianus Lópéz et Joseph Ruiz; in Depositarium R. P. Leonardus González: in Sacristam et Magistrum coeremoniarum R. P. Aemilianus López.

Provisio Domus de San Manuel y San Benito

Postulatus fuit in Priorem R. P. Felix García et electi fuerunt in Subprioren R. P. Gabriel Pérez; in Procuratorem R. P. Beniamin Mallo; in Consiliarios

RR. PP. Desiderius García et Çoeferinus Aliste; in Depositarium R. P. Leovigildus Tabernero; et in Sacristam R. P. Leovigildus Tabernero.

Provisio Collegii Sancti Augustini de Ceuta

Electi fuerunt:

In Superioren R. P. Joannes Baptista Soto; in Subpriorem R. P. Vincentius San Román; in Procuratorem R. P. Jesus Beltrán; in Consiliarios RR. PP. Florentinus Díaz et Emmanuel Fernández; in Depositarium R. P. Avelinus Pérez; in Sacristam R. P. Fidelis Otero; in Praefectum studiorum R. P. Antonius Montes.

Provisio Collegii Sancti Augustini de Santander

Electi Fuerunt:

In Superiorem et Praefectum studiorum R. P. Joseph López; in Subpriorem R. P. Angelus Revenga; in Procuratorem R. P. Ignatius Pérez; in Consiliarios RR. PP. Joseph Galende et Ambrosius de Cruz; in Sacristam et Depositarium R. P. Antonius Pérez.

Provisio Domus Sancti Augustini de Cadiz

Electi fuerunt:

In Superiorem R. P. Indaletius Cuena; in Subpriorem R. P. Salvator Gutiérrez; in Procuratorem R. P. Joannes Alvarez; in Consiliarios RR. PP. Firminus Fernández et Clemens Fernéndez; in Sacristam R. P. Salvator Gútiérrez; in Depositarium R. P. Firminus Fernández.

Provisio Domus de Puerto de Santa María

Electi fuerunt:

In Superiorem R. P. Atilanus Sanz; in Subpriorem

R. P. Theodosius Tijero; in Procuratorem R. P. Theodosius Tijero; in Consiliarios RR. PP. Joannes Avila et Marianus Martín; in Depositarium R. P. Joannes Avila.

Provisio Collegii M. B. Consilii de Madrid

Electi fuerunt:

In Superiorem R. P. Isidorus Martín; in Subpriorem R. P. Xaverius Gorrocháteguí; in Procuratorem R. P. Ambrosius J. Cilleruelo; in Consiliarios RR. PP. Casianus García et Sanctes Santamarta; in Depositarium R. P. Joseph Arcos; in Sacristam R. P. Alphonsus Plaza; in Praefectum studiorum R. P. Samuel Díez.

Provisio Domus Sancti Augustini de Palencia

Electi fuerunt:

In Superiorem R. P. Paulinus Marcos; in Subpriorem R. P. Michael García; in Procuratorem R. P. Abilius Rabanal; in Consiliarios RR. PP. Antonius Alvarez et Teodulus Asensio; in Depositarium R. P. Joseph Ramírez; in Sacristam R. P. Petrus Hernández.

Provisio Domus Residencia de Estudiantes Fr. Luis de León

Electus fuit:

In Superiorem R. P. Joannes Domínguez.

Provisio Viceprovinciae Brasiliensis

Electi fuerunt:

In Commissarium R. P. Domitianus Bardón; in Consiliarum primum R. P. Aggapitus Gregorio, in Consiliarium secundum R. P. Laurentinus Gutiérrez, in Consiliarium tertium R. P. Michael Revilla; in Oeconomum R. P. Laurentinus Gutiérrez; in Priorem

Collegii Sancti Augustini de Sao Paulo R. P. Carolus Beltrán; in Priorem Domus de Brotas R. P. Theodorus Estalayo, in Priorem Collegii de Schmidt R. P. Laurentius Macho; in Priorem Domus de Granada R. P. Emmanuel García Salagre.

Provisio Viceprovinciae Argentinensis

Electi fuerunt:

In Commissarium R. P. Augustinus García; in Consiliarium primum R. P. Aloisius Galende; in Consiliarium secundum R. P. Julius Llamas; in Consiliarium tertium R. P. Alexander Rodríguez; in Oeconomum R. P. Julius Llamas; in Priorem Collegii Sancti Augustini de Buenos Aires R. P. Bruno Ibeas; in Priorem Domus de Chivilcoy R. P. Eutiquius Alcalde; in Priorem Domus de Rosario R. P. Joannes Vallujera; in Priorem Domus de Mendoza R. P. Remigius Paramio; in Priorem Domus de Montevideo R. P. Ambrosius Alonso.

Electiones aliorum officialium

Electi fuerunt:

In Oeconomum Provinciae R. P. Vitus Fernández.

In Magistrum Novitiorum R. P. Teodulus Asensio.

In Magistrum Professorum R. P. Eduardus Moreno.

In Socium Magistri Professorum R. P. Augustinus Liébana.

In Examinatores Ordinandorum et pro examine quinquennali RR. PP. Leonardus González, Joseph Ruiz et Angelus Villarruel.

In Censores librorum RR. PP. Desiderius García, Caesar Vaca et Leonardus González.

Omnes determinationes, electiones et postulatio factae sunt plenis suffragiis.

Priores electi ante confirmationem in officio professionem fidei et juramentum contra Modernismum emiserunt.

Haec sunt, Rvme. Pater, Capituli nostri electiones et acta pro quorum approbatione et confirmatione ad pedes P. V. submisse provolvimur, humiliter obsecrantes, ut iisdem favoribus ac paterni amoris affectibus, quibus semper, nos prosequatur. Deus Opt. Max. P. V. Rvmam. Eremitico Ordini diu servet incolumen.

Datum Matriti die 21 mensis julii anni 1954.

L ✠ S **Fr. Raphael Pérez**
Capituli Praeses

Fr. Ildephonsus Ramos
Provincialis Electus

Fr. Félix García
Provincialis Emeritus

Fr. Vitus Fernández
Primus Definitor

Fr. Aemilianus del Cueto
Secundus Definitor

Fr. Coelestinus García
Tertius Definitor

Fr. Samuel Díez
Quartus Definitor

NOS P. FR. ENGELBERTUS EBERHARD Ordinis Erem. S. Agustini Prior Generalis.

ADM. R. P. FR. ILDEPHONSO RAMOS BARTOLOME Priori Provinciali Provinciae SS. N. J. in Hispania.

Salutem in Domino

Acta Capituli Provincialis Provinciae SS. Nominis Jesu in Hispania, in Collegio Matritensi B. V. M. a Bono Consilio, Praeside Adm. R. P. Lect. Fr. Raphaele Pérez González Assistente Generali, diebus 17 - 21

mensis julii 1954 celebrati, concessa dispensatione super n. 838 Constitutionum pro P. Felice García Vielba Provinciali emerito postulato in Priorem Domus «de San Manuel y San Benito», tenore praesentium Nostrique muneris auctoritate atque de consensu Revmae. Curiae approbamus et confirmamus. In nomine Patris, etc.

Datum Romae, ad S. Monicae, die 12 octobris 1954.

Fr. Engelbertus Eberhard
Prior Generalis O. E. S. A.

L ✠ S — Fr. Raphael Bracco
Reg. 282 — Ord. Secretarius

Concordat cum originali in archivo Provinciae asservato.

In fidem, etc.

Datum Matriti, die 21 octobris 1954.

Fr. Angelus Villarruel
Secretarius Provinciae.